



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno I. usque ad IV.

Luxemburgi, 1740

XCV. Statutum circa officia Generalia Ordinis Fratrum Minorum S.
Benedicti in Festo S. Silvestri Abbatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74733](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74733)

ratur per tempus duorum Capitulorum Generalium, sive duodecim annorum.

Dat. die 26. Maji 1733. Pont. An. III.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Causa eden-
de hujus
Constitutio-
nis.

§. 1. **E**Xponi Nobis nuper fecit dilectus filius Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quod in ultimo Capitulo Generali ejusdem Ordinis, Mediolani celebrato, inter alia totius Ordinis præfati consensu decretum fuit, Sanctæ Sedi supplicandum fore pro moderatione vacationis, quæ juxta Constitutiones Apostolicas intercedere deberet a minoribus ad majora Officia generalia dicti Ordinis assequenda.

Quod nulla
requiratur
vacatio nisi
ascensu.

Requiratur
vero in des-
censu.

Clausula.

§. 2. Quare ipse Minister Generalis, hujusmodi Decreto inherens, opportune in præmissis a Nobis provideri, & ut infra, indulgeri summopere desiderat. Nos eundem Ministrum Generalem specialibus favoribus & gratiis profecti volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, auditoque prius voto Congregationis Generalis Ordinis prædicti; quod in postero in Gradibus sive Officiis Generalibus ejusdem Ordinis nulla temporis vacatio requiratur, & attendi debeat in ascensu ab inferiori ad superiorem gradum: in descensu vero a superiori ad inferiorem, vel transitu ad æqualem gradum, duplex vacatio, idest per tempus duorum Capitulorum generalium, sive duodecim annorum intercedere debeat, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus & declaramus.

§. 3. Decernentes, præfentes literas firmas, validas, & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus & per omnia plenissime & inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, judicari & definiri debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis; necnon, quatenus opus sit, Ordinis prædicti, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis.

§. 5. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanfuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 29. Maji 1733. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

F. Card. Oliverius.

Indulgentia Plenaria perpetua pro Visitantibus Ecclesias Monachorum & Monialium, tam hactenus erectas, quam imposterum quodcumque erigendas, Congregationis Sancti Benedicti, in Festo Sancti Silvestri Abbatis dictæ Congregationis Institutoris.

XCVI.

CLEMENS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Dat. die 9. Junii 1733. Pont. An. III.

Exordium.

Coelestium munerum thesauros, quorum dispensationem fidei nostræ credit divina dignatio, libenter erogamus, cum ad fovendam, excitandamque fidelium devotionem salubriter expedire in Domino arbitramur.

§. 1. Supplicationibus itaque dilecti filii Benedicti Biancini, Procuratoris Generalis Monachorum Ordinis S. Benedicti Congregationis Silvestrinorum nuncupatorum, nomine Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati, omnibus & singulis utriusque sexus Christianidelibus vere penitentibus & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Monasteriorum tam Monachorum quam Monialium ejusdem Congregationis tam hactenus erectorum, quam imposterum quodcumque erigendorum, & ubique locorum existentium, die Festo Sancti Silvestri Abbatis, dictæ Congregationis Institutoris, a primis vespere usque ad occasum Solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam & remissionem misericorditer in Domino concedimus; Præsentibus perpetuis futuris temporibus validis.

Indulgentia
de qua in Ru-
brica.

§. 2. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Fides Tran-
sumptorum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 9. Junii 1733. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

F. Card. Oliverius.

Confirmatio Sententiæ Ministri Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia circa dubia quoad numerum Vocalium Diffinitorii Provinciæ Lugdunen. Congregationis Gallicanæ Fratrum Terti Ordinis Sancti Francisci de Penitentia: cum reintegracione ejusdem Diffinitorii ad numerum septem Vocalium, aliisque ordinationibus pro faciendâ subrogacione aliorum Religiosorum in eventu, quo deficiat aliquis ex septem Vocalibus hujusmodi.

XCVII.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Dat. die 22. Junii 1733. Pont. An. III.

§. 1. **E**Xponi Nobis nuper fecit dilectus filius Vincentius Delphinus Minister Provincialis Provinciæ Lugdunen. Congregationis Gallicanæ Fratrum Terti Ordinis Sancti Francisci de Penitentia nuncupatorum, quod intra tempus

Ministri Pro-
vincialis
Lugdunen.
peticio; cum
rei expositio-
ne.

efflu-